

65 Illius dubium est, quando pro persona certa maritus ad legatum relictum est, & ea tempore testamenti erat maritata? Mantica de coniecturis vlt. volum. lib. 12. tit. 1. n. 23. ait si quis legarit certam quantitatem ad certam feminam maritandam, & ea viuo testatore, ac eo infcio nupserit, & extingui legatum, quasi causa eius cessante. Secus si testator nuptiarum cōscius, ac potens testamentum mutare, minimè mutauit. Tunc enim præsumptio est ipsum voluisse in eadem voluntate persistere. Et refert Paulum consil. 154. in fine, volum. 1. & consil. 148. in fine, volum. 2. & Tiraquellum. l. si vnquam. verb. suscepit liberos. num. 178. C. de reuocac. donat. in mea editione est. num. 219. ver. si. huc deniq. spectat. Et nulum aliud fundamentum, cui innitatur, affert, præter doctrinam Bartoli. l. Lucius, la. 1. ff. de legat. 2. Quæ omnino extra res est: ac in casu valde diuerso loquitur: nimirum, quando minori summa in dorem data ipse met testator postea matrimonio eandem puellam tradidit: tunc enim coniectura est, ipsum voluisse à priori legato recedere. Et ideo dicendum est, legatum pro certa persona maritanda deberi, quantum ea tempore testamenti maritata esset: & à fortiori, si postea nubat testatore superflite. (quæuis hoc vltimum Doctores, non explicant: at ex ratione ipsorum aperte colligitur.) Probat ex. l. si iam facta. 1. ff. de conditio. & demonstr. ibi: *si verò nesciat, presentis die debetur.* Ex qua cum multis probat Gregor. Lopez. l. 2. 1. verb. venir. tit. 9. p. 6. sufficere conditionem per verba futuri temporis cōceptam, impletam esse testatore ignorante tempore, quo actus geritur. Et ex eadē colligit alijs relatis Couarr. c. officij. num. 1. o. de testam. causa legati contingente, potius confirmari, quam extingui legatum. Et ratio est, quia eo legato certæ personæ factio, ductus esse videtur testator ob speciale

illius affectionem: quæ eum non cesserit, quæuis ipsa tunc nupserit, aut viuo, & ignorat testatore nupserit postea, atq. extinguitur, sed stabilitur id legatum. Atq. ita docent Baldus, Iafon, Baldus Nouellus, Perez. nu. præcedenti allegati. Hyppolit. rubrica. ff. de fideiussoribus. num. 85. Ioannes Lupus cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notabili 3. §. 20. num. 6. Tiraquel. tract. de fante causa, limitatione 18. fin. Sarmiento lib. 2. selet. c. 1. nu. 10. Mexia. l. Tolet. p. 12. fundamento 1. nu. 35. Spino Specul. testam. glossa 14. principali. num. 152. Zauallus in suis quaest. practic. q. 138. num. 6. & explicat Spino, & Zauallus, quantum ignorante testatore sit iam testamenti tempore cōiugata. Id enim probat. l. si iam facta, cui hæc doctrina innititur. Et ita id clarè sentiant reliqui allegati.

66 Similiter credo legatum relictum conlanguinis maritandis, quantum nequeat, cōferri conlanguinæ tempore testameti coniugata: ob dicta num. 64. vt potè quod est relictum incertis personis: at si testatore mortuo nupserit, existimo cum duobus Iuris peritis ex doctoribus huius regij prætorij Granatenis, posse illi dari. Quod non omnino incertæ personæ relictum sit, sed quodammodo certæ, nempe, personis ex testatoris genere. Et quando nupserit, habeat tam ius aliquale ad hoc legatum, acquisitum à testatoris morte.

67 An verò legatum relictum certæ personæ maritandæ, eodem testatore postea eam in matrimonio collocante, minori summa in dorem tradita, debeatur quoad residuum? Cōsulēdi sunt Barr. & Doctores. l. Lutus, la. 1. ff. de legat. 2. & ibi Peralta. nu. vltimo. Couarr. c. officij. nu. 9. & 10. de testam. Bacza de non melior. fil. c. 2. fine.

68 Tandem an legatū feminis maritandis, possit dari ingredientibus religionē dixi lib. 1. disput. 33. nam. 29.

DE IMPEDIMENTO IMPOTENTIÆ. DISP. NONAGESIMASECVNDA.

An impotentia coeundi, & qualis impediatur, ac dirimat matrimonium subsequens?

SVMMARYM.

Explicatur quatuorplex sit impotentia: & an frigiditas detur in femina: & nimius ca-

lor viri aliquando sit impotentia dirimentis matrimonium causa. num. 1.
Impotentia perpetua dirimit matrimonium,

non autem temporalis, num. 10. 2.
Quid, si impotentia temporalis sit ignota alteri contrahenti? Refertur quedam sententia, nu. 3.

Proposuit sententia Authoris, nu. 4.

An laborans impotentia temporalis peccet tunc contrahens? nu. 5.

Impotentia, quæ est maxima difficultas, non obstat valori matrimony, nu. 6.

Potentia feminandi intra vas est opus ad matrimony valorem, numer. 7. & ibi, quid si vir non intra possit, sed matris femina attrahat?

Improbatur dicentes eam non peti, sed solam coeundi potentiam, nu. 8.

Saris est femina capax si feminis suscipiendis, quantum non seminet, nu. 9.

Quid, si vir solam feminis partem intra vas emittat? nu. 10.

Quid, si femina tam arcta sit, vt nequeat semen intra vas suscipere: aut susceptum non retineat vel pra. latitudine, aut alio morbo cognosci à viro nequeat? nu. 11.

Quid, si femina conscia impotentia viri ad feminandum, cedat iure suo? nu. 12.

Quæcumque est causa contingat impotentia, siue ex nimio viri calore, siue ex abominacione mulieris, dirimit matrimonium? numero. 13.

Matrimonium eunuchi carentis altero solo testiculo valet, nu. 14.

Quid, si vtroq. testiculo orbatus sit? Refertur duplex sententia, nu. 15. & 16.

Id matrimonium non valet, quantum femina conscia defectus fuerit, nu. 17.

Quid, si eunuchus daretur verum semen emittens? nu. 18.

An senes validè contrahant? nu. 19.

Quid, si in etate decrepita fuerit? nu. 20.

An ratione senectutis possit alicui matrimonium denegari? nu. 21.

An mulier quantumvis vetula validè nubat? num. 22.

Quid, si senex ita sit exhaustus, vt iam sit impotens? Refertur quedam sententia, nu. 23.

Proposuit sententia Authoris, nu. 24.

An steriles ad matrimonium sint habiles? Refertur quedam sententia, nu. 25.

Sententia Authoris, nu. 26.

An valeat matrimonium, quando mulier nequit absque vita periculo parere? Refertur quedam sententia, nu. 27.

Proposuit sententia Authoris, nu. 28.

Quid, si femina mortuos filios pariat? numero. 29.

Satis sit argumentis, nu. 30.

Disputatio de hoc impedimento apprimè necessaria est, quod frequenter in tribunalius Ecclesiasticis accidat, & in confessionibus occurrit: facillimumq. sit circa illud aberrare, tū ob nimiam eius difficultatē: tū etiam, quia satis obscure disputari inuenitur. Et ideo qua claritate potero, illud enodabo. In hoc ergo impedimento is ordo seruabitur. Primò loco agetur qualis impotentia matrimonium dirimat: vbi de impotentia naturali, absoluta, vel respectu, accidentalit ratione senectutis, abscissionis testiculorum, vel maleficiij. Secundo loco de impotentia quando ab altero potente cognoscitur: & de iure, quo matrimonium dirimat. Tertio loco quando matrimonium ratione impotentie separatum, restaurandum sit, iuvènto errore, ex secundis nuptijs, aut fornicacione impotentis. Vbi & qualiter lis intentanda sit contra sententiam laicam, & qualiter in causa matrimonij, nunquam transeat in rem iudicatam. Et num liceat diuortium ratione illius copulæ in fornicacione, aut matrimonio habitæ. Quarto loco quando impotentia subsequitur matrimonij: & quando dubitatur, an præcedat, an potius sequatur: & qualiter tunc liceat usus matrimonij. Quinto loco de impotentia temporalit ratione ætatis puerilis, status mortis, vt de matrimonio constituitur in mortis articulo. Et de matrimonio hermaphroditum. Tandem qualiter probanda sit impotentia, & de computatione, trionij experientia: potentia ad coeudum. Præmittendum est, quid, & quatuorplex sit impotentia. Est enim vitium naturale, aut accidentale impediens coitum. Potest autem confurgere ex causa intrinseca naturali, vt ex viri frigiditate, aut ex femina arctitudine. Frigiditas enim reddens coniugem impotentē soli viro accidit. Vt egregiè docet. D. Th. ab vniuersis receptus. 4. d. 34. q. vnica, art. 2. ad 6. ea ductus ratione, quod mas sit agens in generatione, femina verò solum patiatur. At frigiditas passioni non obstat, sed soli actioni reprimens membri virilis motionē. Quare minus bene Anton. c. fin. nu. 6. ver. hæc doct.rina, de frigid. & malef. & ibi Præposit. n. 5. ver. quæro generaliter, aiunt posse in femina reperiri frigiditatem matrimonij dirimentem, iura tamen illius non meminisse, quæ ferè impossibile sit eam probare. Vocatur autem impeditum hoc frigiditas:

cum quandoq; etiā calor excessus possit virum impotentem reddere, ac matrimonium dirimere (vt dicemus. n. 13.) Quod auctore. D. Thom. 4. d. 34. q. vnica, art. 2. corp. superfluous calor vix potest esse impedimentum perpetuum. Impotentia hęc potest duplici ex capite prouenire: nempe, ex causa intrinseca, & naturali, vt frigiditate in viro, aut ariditate in femina: aut ex causa extrinseca accidentali, vt ex maleficio, quod vtriq; sexui comune est: aut ex castratione, quæ viris est peculiaris. Rursus impotentia quædam est perpetua, quædam temporalis. Deinde alia est impotentia ad copulam: alia verò ad solam generationem, quæ vocatur sterilitas. Tandem impotentia perpetua, quædam est absoluta respectu omnium: quædam verò respectu respectu huius, vel alterius similis.

Præsens ergo disputatio petit qualitatem impotentia desideratæ, vt matrimonium subsequens irritet, quando ea est generalis respectu omnium. Quæ aliquibus conclusionibus, ac corollarijs ex eis deductis explanabo. Prima conclusio. Impotentia perpetua ad copulam reddit irritum subsequens matrimonium: secus de temporalis. Hęc est apud omnes certissima. Et de impotentia perpetua constat ex c. 2. de frigid. & malef. & ex toto eo titulo. Quando autem impotentia est temporalis, eam non dirimere, constat ex c. fraternitatis, vers. quamuis igitur, eodem, tit. Et ratio vtriusque partis ea est: quod perpetua impotentia repugnet obligationi ad copulam coniugalem ex matrimonij contractu confurgens. Impossibile enim nulla potest esse obligatio. Impossibile. ff. de regulis iuris, & c. nemo ad impossibile, de regulis iuris, in 6. Secus de impotentia temporalis. Quæ enim in presenti non est soluenda, cum tamē sit spes fore in futurum, potest ad soluendum obligari: cuius obligationis incapax est, qui nunquam soluendo foret. Quod si obijcias, matrimonium impuberis irritum esse: cum tamen sola temporalis impotentia labore. Dic id esse peculiare in eo casu, quod ius Ecclesiasticum matrimonium impuberum irritat, quamuis impotentia eorum temporalis sit. Quod in alia impotentia temporali minime statuit. Quare existente eodem impotentia temporalis impedimento ex grati debilitate confurgente, post pubertatem, valet et vtiq; matrimonium: eò quod ius Ec-

clesiasticum vsq; ad illam solā ætatem irritat, vt dicemus disp. 104. n. 18.

Quidam temperant posterioriorem huius conclusionis partem, vt impotentia temporalis non dirimat, quando à coniuge potens est tēpore contractus scita: secus si ipsum lateat. Ducuntur, quia. D. Tho. 4. d. 36. q. vnica, art. 1. corp. æquiparati impotentia seruituti. At hæc licet temporanea dirimit, si à coniuge libero ignoretur (vt probauit hoc lib. 7. disp. 19. nu. 4.) Et confirmatur, quia vtraq; non simpliciter, sed ad tempus actum matrimonij impediunt: imò multo magis impotentia temporalis, vt potē que profus impedit: cum seruitus solū liberum vsū impediatur. Secundò, quia ignorantia qualitatis suapte natura ad contractus finem petiæ ipsum vitiat. At huiusmodi videtur hæc impotentia: cum ad copulam habendam, quæ matrimonij finis est, desideretur coeundi potentia. Huius sententiæ videtur clarè Sotus. 4. d. 34. q. vnica, art. 2. col. 4. immediate ante, vers. rogas autē, vbi ait impotentiam hanc tēporalem non esse impedimentū necessariū, instar cognationis, sed voluntarium. Et eodē ar. col. 3. vers. postremum deniq; explicat esse impedimentū spontaneum: quia si contrahentes permanere velint, sunt verò coniuges. Atq; ita clarè sentit si alter potēs ignorat, & nolit stare matrimonio, dirimendū esse: instar matrimonij cū seruitutis ignorantia contracti. Eandē tenet Henriquez lib. 11. de matrim. c. 10. n. vltimo, vbi ait viro impotentem ad tempus, valere matrimonium, si vxor impedimenti conscia cedat iure suo.

Sed nullatenus mihi placet hæc limitatio: atq; ita tenendum est, eam impotentia quantumuis ignoratā ab altero minime obstat valori matrimonij. Ducor, quod is error circa impotentiam temporalem non dirimat iure Ecclesiastico matrimonium, nullum enim ius irritans reperitur: imò eius valori valde suffragatur: textus de hoc impedimento loquētes, absq; aliqua enim distinctione decidit quando impotentia est temporalis, non irritari matrimonium, vt constat ex c. fraternitatis, de frigid. & malef. Nec etiā iure naturali dirimat. Quippe ea impotentia non tollit simpliciter matrimonij finem, sed secundū quid, scilicet per aliquo tēpore: ac proinde non efficit inuoluntariū simpliciter, sed secundū quid, instar erroris qualitatis. Et confirmatur, quia si hæc impotentia ignorata dirimeret iure na-

turali

turali matrimonium, valde deficiens esset iuris canonici decisio, si in re ad mores valde necessaria, & vbi de grauissimo animarū periculo tractabatur, hoc tacito disponeret (vt disponit. c. fraternitatis, de frigid. & malef.) matrimonium semel dissolutū ratione impotentia existimatē perpetua, restaurandum esse, comperto impotentia esse temporalem. Tandem quia potentia coeundi perpetua non est de matrimonij essentia: aliā impotentes ad tempus nullatenus possent contrahere. Non ergo iure naturali, nec Ecclesiastico, impotentia tēporalis ignorata dirimit matrimonium. Nec obstant in contrarium adducta, numer. præcedenti. Non primum, quia D. Thom. de impotentia perpetua loquitur: & est in ea sententia, vt ea non dirimat matrimonium, nisi quando est ignorata (vt dicemus disp. 97. num. 1. & ab ea recedemus libi. numer. 2.) Nec est simile de errore seruitutis, & errore impotentia temporalis. Quia ius Pōtissimum irritat matrimonium inicum cum errore seruilis conditionis, cap. 2. de coniug. seru. At non inuenitur textus irritans, quando est error impotentia temporalis. Et hinc patet ad confirmationem. Nec obstat etiam secundum. Quia negandum est eam qualitatem esse suapte natura ad finem matrimonij requisitam: solū enim petitur ne sit impotentia perpetua. Et idēd pro hac sententia sunt vniuersalij Theologi, & Iurisperiti, qui cum D. Thoma. 4. d. 34. q. vnica, art. 2. corpore, indistinctē tradunt impotentiam temporalem non obstat valori matrimonij. Et in proprijs terminis docent Petrus de Lesma de matrim. q. 58. art. 1. in difficultate principali, paulò ante solutionem ad argumenta. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 235. n. 1. fine.

Sed adhuc superest difficultas, an saltem reus alicuius culpæ sit, conscius suæ impotentia temporalis, si ea durante matrimonium ineat? Id enim affirmant quidam, nec explicant culpa ne mortalis sit, an sola venialis. Videtur enim à recto ordine deuiare obligare se ad soluendum eo tempore, quo impotentia soluendi adest. Sic docent Ricardus. 4. d. 34. art. 2. quæst. 1. Astenfis. 2. par. summa, lib. 8. tit. 26. art. vnico quæst. 1. Turrecr. 33. quæstion. 1. in summa, art. 1. num. 9. Sotus. 4. d. 34. quæst. vnica, artic. 2. colum. 3. in fine primæ conclusionis. Idq; limitant Ricardus, & Astenfis, nisi magna necessitas, vel utilitas id sua-

deat. Verū in contrariū vrget, nullam videri culpam, si graui morbo laborans matrimonium ineat, quamuis tunc reddere debitum nequeat. Quia lex matrimonij obligat ad reddendū debitum, inftar præceptorū affirmatiuorum, nimirū, semper, non tamen per semper, sed salua incolumitate persona, & temporibus commodis. At hic potest obligari ad reddendū tempore quo fuerit potens. Deinde, quod impotens ad tempus ad soluendum debitum pecuniarium, nullius culpæ reus est, si se ad soluendum obliget tēpore quo certus est se soluendo fore. Et idēd existimo nullam esse culpam ex natura rei: ac potest esse ratione deceptionis coniugis potens, quando diu duratura esset impotentia, & non ei detegeretur. Quia esset deceptio in qualitate velde necessaria: exponere vrque alteri incontinentia: periculose nec ipsi potest imputari non inquisiisse circa hoc, sicut imputatur quādo de alijs viri partibus non curat certior fieri. Quia alia possunt diligencia præmissa sciri, nec tenetur quis p̄d proprios defectus detegere: defectus ille potentia est occultus, & de eo nunquam inquiri solet.

Secunda conclusio. Impotentia coeundi, quæ non est vera impotentia, sed solū maxima difficultas non dirimat matrimonium, vt si potest esse vera commisitio, sed cum maxima difficultate, & periculo ægritudinis. Hęc conclusio est certissima: & constat ex c. 2. de coniug. leproso, vbi deciditur matrimonium cum leproso esse validum. Et ex c. fraternitatis, de frigid. & malef. vbi quando per incisionē absq; mortis periculo factam potest mulier arcta reddi apta copulæ, desinitur valere matrimonium. Et tamen in vtroq; euectū est maxima difficultas. Et ita docet Petrus de Ledesma, de matrim. q. 58. art. 1. colum. antepenultima, in solutione ad 5.

Tertia conclusio. Ad valorem matrimonij non satis est potentia vas femineum penetrandi, sed desideratur potentia seminandi intra illud: quare potens coire, impotens tamen perpetuò ad semen emittendum in vas, vel quia nullo modo seminat, vel quia præ nimio calore, ita preprope, vt vas expegetare nequeat, est incapax matrimonij, si id vitium ita sit perpetuum, vt nulla medicina ope tolli possit. Quia de ratione matrimonij est traditio potestatis corporis ad copulam coniugalem. At non reputatur copula coniugalis de-

Rr 2

ficiēti

ficiēti femine. Coitus enim solum est via ad actum coniugalem perficiendum. Secūdo, quia ad matrimonij valorem desideratur copula per quam coniuges vna caro efficiantur, vt constat ex cap. laudabilem, de frig. & malef. ibi. *Itēq; iururando dicar quod nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuissent: & tunc videtur quod mulier possit ad secundas nuptias conuolare.* Quod idem habetur ex Epist. D. Greg. relata. c. 2. 3. q. 1. At non sunt coniuges vna caro absque seminatione intra vas (vt probauit lib. 2. disp. 21. n. 5.) Et ideo hanc conclusio nē docēt ex Theologis, Palud. 4. d. 3. q. 2. ar. 1. cōcl. 2. n. 8. & ar. 2. cōcl. 3. n. 14. & ibi Sor. q. vni. ar. 2. pauld post principiu. Ouāduus ibi, disp. vni. proposit. 1. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 1. & 2. fin. Ledef. 2. p. 4. q. 60. ar. 1. col. antepen. Verac. 1. p. Spec. art. 3. 8. cōcl. 6. Angles floribus. 1. p. vbi de mat. tri. q. 8. ar. 1. dubio. 1. difficul. 1. Petrus de Ledef. de mat. q. 58. ar. 1. dubio. 4. quod mouet circa solutionē ad 4. principale. Valen. 4. p. disp. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de imped. impotentia, vers. de huiusmodi impotentia. Henric. lib. 11. de mat. c. 10. n. vlti. & lib. 12. c. 7. n. 5. & c. 8. n. 1. Toledo lib. 7. sum. c. 12. n. 2. Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 23. v. n. 2. fin. Cañedo summa sacram. vbi de mat. c. 5. statim in principio. Bartholomæus à Ledef. de mat. dubio. 48. concl. 3. Vinaldus candelabro sacram. 1. p. vbi de mat. nu. 235. Ludouicus Lopez 2. p. in l. tr. forij, vbi de mat. c. 52. statim in principio, notabili. 1. Vega. 2. tom. sum. c. 34. casu. 113. Hieronymus Llamas metho. d. curacionis. 3. p. c. 8. §. 13. sine. & ex Iuris peritis, Abbas. c. 2. nu. 5. de frig. & malef. & ibi Alexand. de Neuo. n. 5. Rainerius 2. p. sum. tit. de mat. c. 27. Angelus, verb. matrimonium. 3. impedim. 16. n. 3. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 16. dict. 3. & 7. Rosella, verb. impedimentum, impedim. 15. n. 3. & ibi Supplementum. Pisanæ imped. 15. nu. 4. Rebuffus praxi benefici. regula de dispensatione in gradibus prohibitis, gloss. 5. n. 49. Rolandus de lucro dotis. q. 18. a. n. 3. (habetur tom. 9. tractatus) Sylua nuptialis, verb. seni non est nubendum, in lib. 2. n. 12. Turrecr. 33. q. 1. in sum. ma. ar. 3. n. 15. conclus. 5. Nauar. sum. latina c. 22. n. 19. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. n. 218. & 259. Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 16. nu. 18. Caluac. 2. p. de cisione. 18. n. 6. Matienço lib. 5. recop. tit. 1. rubric. gloss. 1. n. 159. Barbosa. l. 1.

p. 1. n. 92. 96. 97. ff. soluto mat. l. accl. in l. i. tit. i. iuris canonici, lib. 2. tit. que mat. in ius impedire possunt. §. item frigiditas, verb. nauara Gaeta. c. ad limin. 30. q. 1. §. 4. n. 53. Quid autē si vir non intra seminet, sed mat. x attrahat? dicam disp. 99. n. 37.

Quare minus bene Doctores aliqui de hoc dubitant, & Pontificem consulendū docent, quando vir membrū erigit, nec est maleficiatus, at nullatenus cōsummat, sed statim semen emittit extra vas, nec medicinis potest iuari. Hi sunt Hof. sum. tit. de frig. §. qualiter & quando. n. 13. Albericus in suo dictionario, littera. I. verb. impedimentum, imped. 15. Alensis. 2. p. sum. ma. lib. 8. tit. 37. ar. 1. q. 5. Brunellus de Spō salibus, conclus. 18. limitation. 5. nu. 22. Et quando potest coire, non tamen seminare, validum est matrimonium, sustinebūt omnes asserentes Eunuchos validē contrahere, quos referam. n. 15. illi enim non verum semen emittunt. Et in hanc partem licet dubius inclināt Author Supplementi Gabrielis. 4. d. 3. q. vnic. ar. 1. notab. 4. & dubius manet Borrillong. ibi. q. vnic. ar. 3. difficultate. 2. Et tenet Hugolinus de mat. c. 19. n. 1. Et clarē videtur tenere Emmanuel Sa summa, verb. matrimoniu, vbi de impedimentis dirimentibus, in impedimento impotentia. n. 14. At nullatenus recedendum est à doctrina communi, que verissima est: & maxime post motum proprium Sixti. V. quem n. 17. referam, vbi decidit matrimonium Eunuchorū esse irritum, cum tamen experientia cōstet eos posse coire: sed irritum est, quod verum semen non emittant.

Valeret tamen matrimonium, si vir seminare possit intra vas, ac femina capax esset feminis virilis recipiendi, quauis ea impotentij non obstare dicemus. nu. 26. Sic Ouandus, nu. præcedenti relatus. Tēperant quidam conclusionē, vt tunc nō valeat matrimoniu, eo qd vir coire potens nequeat seminare, quando mulierem is defectus latuit: secus si eius conscia cedat iure suo. Huius sententię videtur Abb. c. 2. n. 5. & ibi Alex. de Neuo. n. 5. de frig. & malef. Rosell. verb. imped. imped. 15. n. 16. Angel. mat. in 3. impedim. 16. n. 3. Syl. verb. matrimonium. 8. q. 16. dict. 3. Eam enim reddunt rationem, ob quam matrimonium non potens seminare fit irritum, qd mulier clamare possit velle se esse matrē: & ita sentire videntur validum fore, vbi mulier reclamare nequiret, vt potē que

eani feminā esse matrimonij incapax: si cut est vir, qui semē nequit emittere. Sicut in simili aduertit lib. 2. disp. 21. num. 11. & hoc lib. 7. disp. 64. n. 21.

10 Nec censendum est matrimonium nullum, si vir non torum semen possit intra vas fundere, sed partem. Quod ea feminis pars intra vas recepta sufficiens sit ad cōsummandū matrimonium, & efficiendum coniuges vnam carnem. Sic Ouand. 4. d. 34. disp. vnic. corollario. 3. quod inferret ex. 5. propositione.

11 Quod si femina tā arcta esset, vt nō posset semē intra vas recipere, nec arte aliqua iuuari posset, incapax matrimonij foret. Quia nil refert an ex parte viri, an ex def. & u femine confurgat impotentia feminā di intra vas, atque ita consummandi matrimonij, vt coniuges efficiantur vna caro. Quod ad matrimonij valorem desiderari probauimus. n. 7. Sic Supplem. Gabriel. 4. d. 3. q. vnic. ar. 2. propositione. 4. Toledo lib. 7. sum. c. 12. n. 2. Similiter et in capax matrimonij femina, si præ latitudine, aut alia latentē ægritudine cognosci minimē potest à viro. Cōstat ex eadem ratione. Et docent Hof. sum. tit. de frig. & malef. §. que impotentia. n. 5. & 6. & c. consultationi. n. 1. eodem tit. & ibi Ioan. And. n. 2. Anton. in fine. Alberic. in suo dictionario, littera. I. verb. imped. imped. 15. Alensis 2. p. sum. ma. lib. 8. tit. 27. q. 1. Gregor. Lopez. l. 2. verb. tan estrechas, tit. 3. p. 4. Gaeta. c. ad limin. 30. q. 1. §. 4. q. 233. n. 53. 6. Secus esset, si femina recipere posset semen intra vas, quamuis semel susceptum retinere nequiret: tunc enim valeret matrimonium. Quippe tunc verē cōsummat matrimonium, ac efficiuntur cōiuges vna caro: & ipsa solū sterilis est: quod valori matrimonij non obstare dicemus. nu. 26. Sic Ouandus, nu. præcedenti relatus.

12 Tēperant quidam conclusionē, vt tunc nō valeat matrimoniu, eo qd vir coire potens nequeat seminare, quando mulierem is defectus latuit: secus si eius conscia cedat iure suo. Huius sententię videtur Abb. c. 2. n. 5. & ibi Alex. de Neuo. n. 5. de frig. & malef. Rosell. verb. imped. imped. 15. n. 16. Angel. mat. in 3. impedim. 16. n. 3. Syl. verb. matrimonium. 8. q. 16. dict. 3. Eam enim reddunt rationem, ob quam matrimonium non potens seminare fit irritum, qd mulier clamare possit velle se esse matrē: & ita sentire videntur validum fore, vbi mulier reclamare nequiret, vt potē que

conscia defectus fuit. Et tenent expressē Antonius Cucus lib. 6. institutionum maiorum, tit. 12. nu. 259. Henriquez lib. 12. de mat. c. 7. n. 4. Idem dicunt sentientes matrimonium Eunuchorū valere, quādo femina conscia fuit, quos n. 14. referā. Idem docent opinantes nullam impotentiam cognitam dirimere matrimonium: quos referam disp. 97. n. Sed nō placet hec limitatio. Quia si natura matrimonij petit seminandū intra vas potentiam, vt sic possit tradi potestas corporum ad actum coniugalem, non video qualiter voluntas coniugū efficere valeat, vt absq. ea potentia consistere possit matrimonium. Quare ratione ducti defendemus disp. 97. n. 2. impotentia etiā vtriq. coniugi notā dirimere matrimoniu. Adde Sixtū. V. in quodā motu proprio quē. n. 17. referam, declaralīe cōrugiū Eunuchorum esse irritum, quāuis sciētia non coniuge initum fuerit.

Nec refert qua ex causa impotentia hæc in viro confurgat: quauis enim frequenter impotentia cocundi ex frigiditate viri cōfurgat, & rarō ex nimio calore: at aliquando potest etiam ex nimio calore procedere: & tunc si id impedimentum sit perpetuum, quod nec arte medicina nec trientio experientia cessat, dirimet matrimonium. Quia eadē profus est ratio. Sic tradunt D. f. hom. 4. d. 34. q. vnic. ar. 2. & ibi Albertus Magnus art. 4. ad 6. quos vniuerſi sequuntur. Idem dicendum est, si impotentia in viro proueniat ex abominatione mulieris. Sunt enim viri qui ad pulchram mouentur, & non ad deformem: & contingit aliquando ita abominabilem foemina apparere viro, vt nullatenus possit moueri ad coitū eum illa, nec excitare possit cocū piscentiam: tunc enim perinde censendū est, ac de impotentia ex maleficio proueniēti. Si enim medijs adhibitis, ac experientia triēnali præmissa nō cesset, dissoluetur matrimoniu. Ita docēt. D. Tho. 4. d. 34. q. vnic. ar. 2. ad 5. & ibi Alber. Mag. ar. 6. in 2. argumēto, & eius solutio. Viguerius lib. institutionum. c. 16. §. 7. verb. 9. impedim. 11. Et ex Iuris peritis, Albericus in suo dictionario, littera. I. verb. imped. impedim. 15. Alensis. 2. p. sum. ma. lib. 8. tit. 29. ar. vnic. in fin. Angel. verb. matrimonium. 3. impedim. 16. nu. 14. Sylu. verb. matrimon. 8. q. 16. dict. 3. Rosell. verb. impedim. impedim. 15. n. 7. Tabiena, imped. 12. q. 7. n. 8. Turrecrem. 33. q. 1. in sum. ma. art. 2.

n. 13. Gaeta. c. ad limina. 30. q. 1. in §. 4. 2. 6. nu. 529. Quare non intelligo qualiter Sotus. 4. d. 34. q. vnica. art. 2. column. 7. verſ. quod autem de deformi, dicat nil ad valorem matrimonij referre, ſi vir valeat excitari ad copulam cum pulchra, non autem cum deformi. Quia cum conditio illa ſit nimis per accidens, non ob id diſſoluetur matrimonium cum deformi initū. Sed aperte contradicunt illi Doctores omnes allegati. Quid enim refert, ſiue à natura, ſiue ex accidenti impotētia promanet, ad irritandū matrimoniu? Si verē impotētia vtraq; ſit, impediatur; poteſtatē traden- di corporis ad copulam coniugalem: eod quod illud accidens reddat eam impoſſibile. Adde impotentiam ex maleficio conſurgentem eſſe valde accidentariam, & tamen coniugium dirimit. Tandem quia (vt docet Albertus Magnus proximē allegatus:) ſunt quidam ex ſua natura deſtituti calore ſufficienti ad coitū, qui tamen excitati ex ſceminæ pulchritudine poſſunt ad coitū perfectē moueri: non autē quando ea pulchritudo deſicit. Eſt autem monenda huiusmodi ſceminā (vt bene tradunt Albertus Magnus, & Turrecr. ibidem) vt munditie, ornata, affabilitate ſe amabilem viro exhibeat: ac ipſe vir monendus eſt, vt excogitet cauſas, quibus ad ſceminæ amorem excitetur, vt vel ſic abominatione illa ceſſante poſſit illam cognoscere. Quod ſi hæc non proſint præmiſſa triennij experientia, ſeparabitur matrimoniu illud, ſicut quando ex maleficio impotentia prouenit. Tandem quæcunq; ex cauſa impedimentum perpetuæ impotentia conſurgat, diſſoluetur matrimonium ea cognita, vt potē quod irritum fuit. Cum reuera impediatur eſſentiam coniugij, quacunq; ex cauſa oriatur. Sic Hoſt. cap. conſultationi, num. 1. de frigid. & ibi Ioan. Andr. n. 2. Gregor. Lopez. l. 2. verb. frios tit. 8. p. 4.

14 Ex dictis deducitur primò, quid ſentendū ſit de matrimonio Eunuchorū, qui ſana, & integra virilia habent, at altero, ſeu vtroq; teſticulo carent. Et quidem quando ſolo altero teſticulo orbatu ſunt, nemini dubium eſt, eos aptos eſſe ad matrimonium. Quod verum ſemen, idoneumq; generationi emittit. Teſticulus enim ille poteſt miniſterium generationi neceſſarium exercere, ſpiritus ad illam requiſitos retinens, & tanquam folliſ mēbra cōmouens. Sicut alter ſolus oculus videndi actū per-

fectē exercet. Imò cū virtus vnita ſit fortior ſe ipſa diſperſa, & in illum vnū teſticulum omnes ſpiritus generationi neceſſarij cœcant, qui in vtrūq; confluere deberēt, ſolēt ij ad generandū potentiores eſſe. Idē probatur ex l. ſi ſerua. 40. §. ſi ſpadoni. ff. de iure dotium, ibi. *ſi ſpadoniuſ ſeruit mulier, diſtinguendum arbitrio, caſtratus fuerit, nec ne: vt in caſtrato dicas dotem non eſſe: in eo qui caſtratus non eſt, (quia eſt matrimoniu) & dotem, & dotis exactionem eſſe.* Vbi Gloſſa finalis ait ſpadonem in eo textu appellari, qui generare poteſt: eod quod vnum ſaltem teſticulum habeat, & l. ſed eſt queſtium 6. verb. ſpadonem. ff. de liber. & poſthum. ibi. *ſpadonem quoque poſthumum hæredem ſcribere, & Labo. & Caſſius ſcribunt: quoniam nec ſterilitas ei rei impedimento eſt.* Vbi Gloſ. verb. impedimento, ait quia validē contrahit, & verb. poſſe, explicat de ſpadone, cui alter ſolus teſticulus deſcit. Et idē præter omnes Doctores tripli. c. n. ſeq. allegandos, qui in hoc conueniunt, ita docent Anchar. c. 2. in fin. de frigid. Caluac. 2. p. de ſi. 18. num. 6. Petrus Gregor. in ſyntaxmate iuris, lib. 7. c. 2. n. 18. Lancel. inſtituta iuris canonici, lib. 2. tit. que matrimoniu impedire poſſunt. §. item frigiditas, verb. natura. Philiaricus de officio ſacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 10.

15 Difficultas autē eſt de Eunuchis vtroq; teſticulo carentibus. Quidā cenſent hoſ ad matrimoniu in eundem idoneos eſſe, ſi virgam erigere valeant, ac ſubinde coire, quāuis ſemen emittere nequeant. Ducuntur, qd hi ſatiſfacere valeat concupiſcētia mulieris, & ita obtinetur ſinis matrimonij ſecūdatius: nec primarius, nimirū, generatio prolis ad eius valorem deſideratur, vt in ſterilibus coſtat. Secundò probari poteſt ex doctrina Ariſt. lib. 1. de gene. anim. c. 4. vbi tradit teſticulos nō deſiderari ad generationē, quāuis expediant, tanquā pondera texturis appenta conſerūt, ne liciat oriſ curſus inter ſtamina impediatur. Idq; com probat experientia tauri, qui recēs caſtratus cū vacca coiens, illā pregnantē reddidit. Itē quia ſerpētes, & piſces coeūt: cū tamē teſticulis careant. Tertiò perſuaderi id poteſt, qd Genef. 37. Putiphar appellatur Eunuchus Pharaonis. Cū tamen genuerit filiam, quam duxit Ioseph. Et idē huius ſententiæ ſunt Gloſſ. c. hi qui, in fine. 32. q. 7. & c. nuptiarum bonū, verb. in quibusdam. 27. q. 1. Anchar. c. 2. in fin. de frigid. Alciatus. l. ſpadonum. 128. n. 3. ff. de verb.

ſignif.

ſignif. & l. ſi ſi qui. n. 54. ff. de vſucap. Bartholomæus Socinus. l. r. n. 26. & 28. ff. ſoluto matrim. Cepola. l. Pōponius. ff. ſpado nem. n. 1. ff. de ædilit. edicto Gorradius. l. 1. in l. eſtura. nu. 16. ad finem. ff. ſolut. matrim. Angel. verb. matrim. 3. impedim. 16. n. 11. Tabiena. verb. impedimentum, impedim. 12. q. 6. n. 7. Armill. verb. matrim. n. 51. Gutierrez lib. 1. q. canonicarum cap. 16. nu. 8. in ſua priori editione. Hugolin. de matrimonio. c. 16. nu. 1. Idem cum hac limitatione quando alter coniux id impedimentum nouit, tenent Metina lib. 5. de ſacrorum homin. continentia. c. 74. fine, & 77. paulò poſt principium. Palacios. 4. d. 34. diſput. 1. immediate ante. 4. conſultationem. Philiaricus de officio ſacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 10.

16 Alij verò docent eos validē contrahere, ſi poſſent aliquale ſemen emittere, quāuis ad generationem ineptum. Quoniam vere copula ſemine intra vas emiſſo, quāuis inefficaci ad generationem contenta eſt, vt in ſteriliu copula euenit. Atq; ita docent Alexander de Neuo conf. 9. nu. 4. Palud. 4. d. 34. q. 2. art. 1. conſult. 2. nu. 8. D. Anton. 3. p. tit. cap. 12. §. 2. Connan. lib. 2. commentariorum. c. 25. n. 9. ad fin. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 16. diſt. 7. Vera cruz. 1. p. Speculi. ar. 38. conel. 6. Turre. 33. q. 1. in ſumma, art. 2. n. 11. Bartholomæus à Ledefina de matrim. dubio. 48. conſult. 3. Angles floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 8. art. 1. dubio. 1. diſt. 1. corollario vltimo quod inferit ex. 1. conel. Gaeta. c. ad limin. 30. q. 1. §. 4. q. 23. n. 539. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica. gloſſa. 1. nu. 195. Ludouic. Lopez. 2. p. inſtructorij, vbi de matrim. c. 52. col. 3. verſ. vnde inferitur. Ouan dus. 4. diſt. 34. diſput. vnica, corollario. 2. quod inferit ex. 5. propoſitione, limitans quando emittunt ſemen eiufdem rationis cum vero ſemine. Erabſq; ea limitatione Barboſa. l. 1. p. 1. n. 92. ad finem, & nu. 93. ff. ſoluto matrimonio.

17 Sed indubitata ſententia eſt, Eunuchos vtroq; teſticulo carentes eſſe matrimonij incapaces, ac proinde irritū eſſe matrimoniu, quod inierint. Quia ad matrimonij veritatem deſideratur potentia verum ſemen intra vas ſemineū emittendi (vt probauit nu. 6. (At Eunuchi quāuis membrū erigant, atq; quandam aquoſam materiam emittant: ea tamen nō eſt verū ſemen, nec eiufdem rationis cū vero ſemine: nec agitati ſit in principalibus membris, deſiciē-

tibus teſticulis, qui ſunt tanquā folles omnia membra cōmouentes. Nam cor, iecur, & cerebrum, quæ ſunt tres noſtri corporis præcipue partes, tranſmittunt ſuos ſpiritus ad teſtes, qui virtutem habent hoſ ſpiritus retinendi, ex quibus totū corpus caleſcit. At ſi teſtes deſiciant, ſpiritus non retinentur, ſed euaneſcunt illuc tranſmiſſi: nec calor per totum corpus reſtitur: vn de frigidioreſ ſunt, & inepti ad verum ſemen emittendum, vt optime probant ex Galeni doctrina Antonius Muſa in aphorismos Hipocreatis, & Galeni, lib. 6. aphorismo. 28. & Nicolaus Florentinus de mēbris naturalibus, ſermone. 6. tractatu. 1. c. 3. ad finem. Atq; Ariſtoteles in problematis, ſectio. 11. problemate. 16. vocat ſpadones ſemineſ expertes. Sunt ergo Eunuchi incapaces matrimonij. Quare ita declarauit Sixtus. V. in quodā motu proprio edito anno. 1587. quem verbo ad verbum reſerunt Gutierrez, & Petrus de Ledefina ſtatim allegandi, cuius verba directā ſunt ad Nuntium Apoſtolicum, & ita ipſe declarauit. Verba hoc deſidentia in eo motu proprio ſic ſe habēt. *Comitimus fraternitati tue, & mandamus, vt coniugia per diſcos, & alios quoscuq; Eunuchos, & ſpadones vtroq; teſte carentes, cum quibuslibet mulieribus deſectum præditum ſue ignorantibus, ſiue ſcientibus, contrahi prohibeas: eosq; ad matrimonia contrahenda inhabiles auctoritate noſtra declares: & tam locorum ordinarijs, ne huiusmodi coniunctiones de cetero fieri quoquo modo permittant: interdicas: quāuis eos etiam qui ſic de factō contraxerint, ſeparari eueres, & matrimonia ipſa ſic de factō contracta, nulla, irrita, & inualida eſſe decernas. Quare hodie dubitari nequit hoc Eunuchos eſſe incapaces veri matrimonij, quāuis ſemine eius deſectus conſcia veli iure ſuo cedere. Quippe iā id in hoc edito euenit deſictum eſt in eo motu proprio. Nec obſtant argumenta contraria, num. 14. propoſita. Nam ad primum reſpondetur Eunuchum non ſatiſfacere ſceminæ per veram copulam ſuapte natura aptam ad generationem. Nec ſinis matrimonij eſt remedium concupiſcētia habitū per copulam quamcuq; ſed per copulam aptam generationi. Et quāuis ſenes deſtituti ſint ſemine ſufficienti ad generationem, at verum ſemen eiufdemq; rationis cum ſemine ſecundo emittunt, ac per accidens non generant. Ad teſtimonium Ariſtoteleſ dicis doctrinam in hoc non*

R r 4

eſſe

esse amplectendam: nam ex doctrina Galeni & saniori constat testiculos esse necessarios ad generationem, non absolutè cum animalia imperfecta his careant, & tamen generat: sed in animalibus perfectis. Nec obstat taurum illum recens castratū generaliter. Id enim contingit ex femine ante castrationem recentem decto. Ad tertium dic Eunuchum sumi in sacris litteris pro ministro Regis. Sicut Genesis. 40. pinerna & pistior regis appellantur eunuchi, ut cum Caietano, Abulensi, & alijs per ipsum relatis probat Pereira tom. 4. in Genesis. c. 37. disput. 9. paulò post principium. Quare hæc sententia etiam ante motum proprium Sixti. V. communis erat Theologorum, ac Iurisperitorum; eamque tenebant ex Theologis. D. Thom. 4. d. 34. in fine, in expositione litteræ. Et ibi Albertus Magnus art. 4. corpore. Almain. q. vnic. Sotus. q. vnic. ar. 2. col. antepen. vers. atq; hinc iudicium. Victoria summa, ubi de matrimonio. n. 283. Ledesma. 2. p. 4. q. 60. ar. 1. col. 2. Toled. lib. 7. summa. c. 12. nu. 2. & post motum proprium docet Henriquez lib. 11. de matrim. c. 10. n. vltimo; & lib. 12. e. 8. n. 1. Petrus de Ledesma. de matr. q. 58. ar. 1. dubio. 5. quod mouet circa solutionem ad 3. principale. Valentia. 4. p. d. sp. 10. q. 5. puncto. 3. ubi de impotentia, in fin. Man. 1. tomo summa. 2. edition. c. 23. 5. concl. 2. nu. 2. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu. 13. Viualdus candelabro sacram. ubi de matr. 1. p. nu. 237. & ex Iurisperitis ante motum proprium, Goffredus summa. tit. de frigid. & malef. n. 5. & 6. & ibi Hostienis. §. quæ impotentia. n. 7. vers. quidam autè dicunt. Ioan. Andr. c. 2. in fin. de frigid. & ibi Anton. n. 6. Abbas. n. 5. Alex. de Neuo. nu. 5. Preposit. n. 4. Idem Anton. c. fin. n. 8. eod. tit. & ibi idem Preposit. n. 6. & c. tanta. n. 7. qui filij sint legit. idem Anton. c. laudabilem. p. 14. de frigid. & ibi Alex. de Neuo. n. 15. casu. 1. Archi. c. hi qui nu. 2. & 3. 32. q. 7. & ibi Bellem. n. 1. Bartholomæus Socin. 1. sed est questum. n. 2. limitat. 2. ff. de liber. & posthum. Ioannes de Triburgo summa confessor. lib. 4. tit. 16. q. 12. Romanus singulari. 64. Antonius de Rosellis tractatu de legitimatione, lib. 1. tit. de causa materiali legitimationis. n. 3. 1. (habetur tom. 8. tractatum. p. 2.) Supplementum summa Pifana, verb. impedimentum, impedimento. 15. nu. 15. Rosella ibi, impedimento. 15. n. 16. Bolognetus. 1. 1. nu. 51. ff. soluto matrim. Montalius. 1. 2. fin. tit. 8. p.

4. Gregor. Lopez. 1. 6. verb. castrado, tit. 2. p. 4. Costanus tractatu de sponsalibus, tit. de his qui nuptias contrahere non possunt. num. 72. Alexander Carrerius de sponsalibus. 5. c. 16. (habetur vterq; tomo. 9. tractatum.) Plaza de delictis, lib. 1. c. 2. n. 5. Spino speculo testamentorum, gloss. 1. §. principali. n. 99. Franciscus Marcus decess. 677. Parlamenti Delphinalis. nu. 6. & post motum proprium Sixti. V. Gutierrez. q. canonicis. in. 2. edition. lib. 1. c. 16. n. vltimo, retractans sententiam, quam in. 1. editione tenuerat, antequam motus proprius illis in lucem ederetur.

Non tamen approbo quod tradit Henriquez lib. 12. de matrim. c. 8. nu. 1. in commento, littera. R. nempe, si daretur aliquis Eunuchus verum semen emittens eum non esse iure naturæ inhabilem ad matrimonium, sed motu proprio Sixti. V. esse matrimonij incapacem. Sed hoc non approbo: quod Sixtus. V. in eo motu proprio nil noui statuerit, sed solum ius antiquum, & naturæ declaravit: ut constat ex illis verbis. *Authoritate nostra declaras.* Id quia non sola matrimonia in posterum contrahenda irritauit, sed etiam iam contracta: quod Pontificem efficere non posse constat, si valida fuerant. Quare mens Pontificis fuit declarare attentò omni iure matrimonium Eunuchorum esse irritum, ac eos semper fuisse matrimonij incapaces: ut potè qui verum semen emittere nõ possunt. At admissa hypothesei impossibili, ut daretur quispiam rarus Eunuchus veri seminis emittendi compos, is non excluderetur iure antiquo à matrimonio, ac subinde nec eo motu proprio, qui nil denuò statuit, sed solum ius antiquum declarat. Quare Authores. n. 15. relati verum dixerat asserentes Eunuchos, qui seminare possunt, esse aptos ad matrimonium: si quod supponunt, esset verum. At cum id sit impossibile, iure optimo Sixtus. V. in vniuersum matrimonium Eunuchorum vtrique; testiculoarentium irrita esse declarauit.

Secundò inferitur, quid censendum sit de matrimonio senum. Nam eos valde contrahere non posse, suadere videtur, quòd non semen sit sterile, & non prolificum. Ut ex Aristotele, Galeno, & Alberto Magno assert Tiraquellus. 1. 6. connubiali, glo. 1. p. 6. n. 19. Item quia lex Papia pupæ interdixit viris sexagenarijs, ac feminis quinquagenarijs nuptias, Verum certissimum est apud omnes, vsuq; Ecclesiæ id

comprobat, solam senectutem non obstatè valori matrimonij. Quare legem illam Papiam tanquam iniquam primus omnium abrogauit Claudius Cæsar, (vt authores sunt Suetonius in eius vita. c. 13. & Alexander ab Alexandris lib. 4. dierum gentiliu. c. 22.) & eum sequutus est Iustinianus. l. penul. C. de nuptijs. Deinde id probatur ex D. Augustino de bono viduitatis. c. 8. & refertur. c. nuptiarum. 27. q. 1. vbi agens de nuptiarum bono, ait in quibusdam esse humanitatis solatium. Vbi Gloss. verb. in quibusdam, explicat in senibus. Idem probatur ex l. sed est questum, 6. ff. de liber. & posthu. libi. *Quoniam nec atas impedimento est.* Præterea, quia & si senes destituantur propinqua, & expedita generandi facultate: est enim in eis veluti suspensum exercitium potentie generandi, possunt tamen habere perfectum actum coniugalem, verèq; intra vsu feminare. Quod ad matrimonij firmitatem sufficit. Tandem quia nullus est adeò senex, quin aliquando natura, vel saltem medicinæ arte adiectus possit ad coitum calere. Ut docent Gloss. de nuptiaru, verb. in quibusdam, & alios allegans Tiraq. proximè relatus. Et idèd hoc docet D. Thom. quem cum cū sequitur. 4. d. 34. q. vnic. ar. 2. ad 3.

Quare immeritò de senes decrepito id negauit Portius instituta de nuptijs, in principio, col. 4. ad fin. vers. in fin. Gloss. & dubios mansit Antonius Gomez. 1. 9. Taur. n. 57. fin. & Henriquez lib. 12. de matrim. c. 7. n. 3. in commento, littera. X. dixit non esse improbabile. Sed dicendum est, senes etiã decrepitos capaces esse matrimonij, si nullo alio impedimento præter senectutem laborent. Quod vsus Ecclesiæ nullos senes à matrimonio in eundem reijcientis comprobatur. Idq; suadent rationes adductæ: nisi præcedenti, maxime vltima. Et ita docent ex Theologis, Nicolaus de Lyra. 3. Regu. c. 1. in ea verba, *Queramus domino nostra Regi alolescentulam.* Malotis. 4. d. 3. q. 1. col. 2. argumento primo contra. 2. conclusio. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonij, ubi de impedimentis dirimentibus, in impedimento impotentie. n. 14. statim in principio. Henriquez. d. c. 12. nu. 3. Manuel in suis quest. regularibus, tomo. 1. q. 13. ar. 1. & ex Iurisperitis, Iason. 1. nu. 43. ff. solut. matrim. Angel. 1. sed est questum. n. 1. ff. de liber. & posthu. Ludouicus de Sardinis de naturalibus liberis, 2. p. tit. de legitimatione per verum matrimonium, q. 1. n. 3. (ha-

betur tomo. 8. tractatum. p. 1.) Brunell. de Spons. conclus. 1. ampliatione. 4. nu. 21. vers. 2. Costanus de Spons. tit. qui nuptias contrahere possunt. nu. 64. (habetur tom. 9. tractatum.) Cour. 4. decretal. 2. p. c. 8. §. 2. n. 10. vers. 9. Duenas regula. 3. 10. limitatio. n. 1. Mantica de coniecturis vltimæ volunt. lib. 11. tit. 13. Andreas Gail lib. 2. practiarum obseruationum. c. 141. n. 8. Rojas epitome successionum. c. 2. n. 2. Matien. lib. 5. recopil. tit. 8. l. 10. gloss. n. 4. Barbosa. 1. 1. p. 1. n. 94. ff. solut. matrim.

Vnde nunquam ob senectutem deneganda est alicuius Ecclesiæ facultas in eundem matrimonij: nisi aliud impedimentum allegetur, & probetur. Constat ex dictis duplici. nu. præcedenti. Et tradit Henriquez dicens ita vsu Ecclesiæ se habere, lib. 12. de matrim. c. 7. n. 3.

Atq; hoc in sexina quantuncumque vltima certus est. Quia frigiditas coitum vltimè senis impediens, ipsi non obstat, ut potè quæ patiens est, & semen recipit: ad quod calor iuuenilis minime desideratur. Syl. matrimonium. 8. quest. 1. 6. dicto. 2. in fin. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum tit. 12. n. 262. Barbosa. 1. p. 1. n. 97. ff. soluto matrim.

Sed difficultas est, an quando vir senex est adeò exhaustus, vt omnino impotens sit ad copulam habendam, nec iudicio me dicorum iuuari arte possit, sit capax matrimonij in eundem? Quibusdam placet eum non esse incapacem. Nam semper habitu erinet intrinsicam feminandi intra vsu potentiam, ac senio per accidens impeditam. Ita videntur sentire Anton. c. 2. nu. 5. de frigid. & malef. Iason. 1. Sed est questum. n. 1. notabili. 1. ff. de liber. & posthu. Rolandus de lucto dotis. q. 103. n. 17. (habetur tom. 9. tractatum.) alunt enim senes valde posse matrimonium inire: eò quòd per accidens sint impotentes, ac impotentia accidit talis non dirimat matrimonium. Et sustinent expresse Tabiena, verb. impedimentum, impedimento. 12. q. 3. nu. 4. Naua. lib. 4. consiliorum, in priori editione, tit. de Sponsalibus, conf. 39. n. 15. & 18. & in posteriori, tit. de desponsat. impub. consil. 4. n. 15. & 18. Mantel. 1. tomo summa. 2. edition. c. 235. conclus. 1. nu. 5. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu. 61.

At verissima sententia est, eum senem esse matrimonij incapacem. Quòd nil referat, siue à natura, siue ex accidenti impotentia perpetua confurgat, ac nulla arte

restaurabilis. (vt nu. 13. probau.) Cùm is non possit ad copulam, vt potè sibi impossibile obligari. Atque huius sententia videtur Glof. c. 2. sine. de frigid. & malef. & ibi Innoc. n. vnico. Abbas n. 5. Anchar. n. 2. Albericus in suo dictionario, littera. I. verb. impedimentum, impedimento. 15. Montanus l. 2. ad finem, tit. 8. p. 4. dicunt enim idèd matrimonium senum valere: quod possint medicinae beneficio adiuuari: vbi videtur supponere irritum esse, quando iuuari nequeunt. Atque in proprijs terminis docent ex Iuris peritis Glof. sed est questum. 6. verb. nec etas. ff. de liber. & posthu. Additio ad Glof. l. fancimus. verb. homines. C. de nuptijs Hostiell. c. 2. in fine, de frigid. & malef. & ibi Præpositus. n. 4. Alexander de Neuo. n. 4. A tenfis 2. p. summg. lib. 8. tit. 26. art. vnico. q. 1. Rosella verb. impedimentum, impedimento 15. n. 16. & ibi Supplementum Pisanæ impedimento 15. n. 3. Angelus verb. matrimonium. 3. impedimento. 16. n. 2. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 16. di. c. 3. Gregorius Lopez. l. 1. in fine, tit. 8. p. 4. Zephalus consilio 38. 4. num. 48. volum. 3. Gaeta cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 220. n. 52. 1. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. num. 277. Gutierrez. q. canon. lib. 1. c. 16. num. 13. Matienço lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica. Glof. 1. num. 193. Barbosa. l. 1. p. 1. num. 94. ff. solus. matrimon. Et dicit esse probabile Sylua nuptialis lib. 2. vers. Seni non est nubendum. n. 7. Et ex Theologis Scotus. 4. d. 34. q. vnica, in solutione ad 2. & ibi Ricardus art. 2. q. 1. ad 2. Abulensis 3. Regum. c. 2. q. 25. Sotus. 4. d. 34. q. vbi. c. 2. columna penultima. Et ibi Borriolungus. q. vnica, art. 2. conclus. 3. & artic. 3. ad 2. Palacios sibi disput. 1. col. 13. Ouand. disput. vnica, propositione. 1. Ledesma. 2. p. 4. q. 60. artic. 1. columna. 4. vers. sed dices. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 38. conc. 6. Nicolaus de Nijssa sup. 4. sententiarum, tractatu 6. p. 3. de matrimon. q. 6. ad 1. Angles floribus. 1. p. vbi de matrimon. q. 8. art. 1. dubio 1. diffi. 3. in secundo corollario, quod inferit ex prima conclusione. Petrus de Ledesma de matrim. q. 58. art. 1. in dubio 4. quod mouet circa solutionem ad 4. dubij principalis, in fine. Viualdus candelabr. Sacram. 1. p. vbi de matrimon. n. 238. Ludouicus Lopez 2. p. instrutorij, vbi de matrim. c. 52. statim in principio, notabili 1. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio 48. conclusione 3. Atque idem di-

endum esset, si senex ille posset quidem coire, non tamen feminare intra vas. Tunc enim irritum esset matrimonium, iuxta dicta num. 7. Et ita docent Sotus, Veracruz, Angles, Ludouicus Lopez, Petrus de Ledesma, Viualdus, Bartholomæus à Ledesma, Matienço, Barbosa eidem locis.

Tertio inferitur, quid dicendum sit de matrimonio sterili. Id enim non valere suadetur: quia sicut matrimonium ordinatur ad copulam, ita ad prolis generationem: imò est potissimum finis prolis generatio. Cùm ergo impotentia ad copulam irriter matrimonium: à fortiori sterilitas, quæ impotentia est ad generandum prole, irriterbit. Secundo, quia vbi nequit efficax voluntas finis inueniri, nequit etiam mediorum. Cùm media sint propter finem. At in sterilibus nequit inueniri efficax voluntas generationis prolis, quæ est finis coniugij: vt potè quæ est illis impossibilis. Nò poterit igitur in eis reperiri efficax voluntas coniugij, quod est medium. At sine efficaci voluntate matrimonium consistere non potest. Tertio, quia cap. 1. de frigid. & malef. id videtur decidere, ibi. *Si mulier proclamauerit, dicens, Volo esse mater, volo filios procreare.* Et idem habetur. c. 2. §. q. 1. Ex quibus textibus constat dissolui matrimonium ratione impotentia viri, muliere clamante se velle esse matrem. Cùm ergo similiter clamare possit, idè allegas, viro existente sterili, dissoluetur eadem ratione matrimonium. Quarto, quia id videtur docere D. August. lib. de bono coniugali. c. 5. relatus. c. solet. 32. q. 2. vbi cetera videtur non esse matrimonium, quando spes sobolis deficit. Et idèd hanc partem tenet Felinus. c. eum sit. n. 15. vers. de mùm scito, de foro compet. vbi ait matrimonium non esse, quando mulier natura ita sterilis est, vt deficiat spes concipiendi. Idem censuit Iason cons. 115. num. 1. vol. 1. dices non esse propriè matrimonium, vbi mulier sexagenaria illud init. Quòd vt verè, & propriè dicatur matrimonium, desideretur spes sobolis saltem in habitu, & potentia. Conferre etiam videtur, quod tradit Præpositus. c. tanta. n. 7. ad finem, qui filij sine legit. & Bartholomæus Socinus. l. sed est est questum, num. 2. ff. de liber. & posthum. vbi docent, quando matrix feminina est destructa, non valere matrimonium. Sed hec doctrina nil fauet huic sententiæ: intelligitur enim, quando nullatenus semen recipere possit.

His

26 His tamen non obstantibus, certissimè est sterilitatem nil obesse valori matrimonij. Quòd Ecclesia vsus ita habeat, nunquam enim auditè est, dissoluisse aliquod coniugium ratione sterilitatis: imò passim admittit senes ad illud in eundem: cùm tamen eorum semen constet esse sterile (vt nu. 19. probau.) Et inter parentes. D. Ioannis Baptista constat verum fuisse matrimonium. Cùm tamen illa esset sterilis: Lucæ. 2. Tandem, quia & si id matrimonium frustraretur sine primario, qui est prolis generatio: consequitur tamen finem secundarium, nempe, satisfacere concupiscentia, vera copula habita. Quòd ad eius valorem sufficit. Et ita sustinet. D. Tho. 4. d. 34. q. vnica, ar. 2. ad 3. receptus passim ab omnibus Theologis, & iuris pontificij professoribus, de emptis paucis relatis. n. præcedenti: quos optimè impugnat Barbosa. l. 1. p. 1. n. 98. ff. solut. matrim. Nec obstant argumenta pro ipsi, nu. præcedenti adducta. Quia ad primum neganda est consequentia. Nam quando est impotentia ad copulam, neuter matrimonij finis reperiri potest. At quando est sola sterilitas, saluatur finis secundarius. Ad secundum dic illam maximam esse veram, vbi est finis vnicus: secus vbi est duplex, & alter saltem reperitur, vt in sterili matrimonio euenit. Ad tertium dic eum. D. Thoma. 4. d. 34. in expositione litteræ Magistri, & eum D. Bonaventura in eadem expositione. nu. 2. sensum eorum verborum esse, Volo cognosci à viro: sanctos verò loqui iuxta muliebrem pudorem vtètes verbis modestis: & idèd non dicunt feminam petijisse coitum: id enim femineum pudorem dedecbat. Ad quartum dic eum textum aperte loqui, quando in pactum deducitur in matrimonij contracta, vt proles vitetur. Tunc enim irritum est matrimonium, illud vitante conditione ipsius bonis contraria. c. sin. de condit. appof.

27 Tandem inferitur, quid dicendum sit de coniugio feminae nò potètis parere absq; manifesto mortis propriae periculo: cùm tamen apta copula sit. Quidam sustinent ea impotentia matrimonium dirimi. Ducuntur primò, quòd mulier impotens ad reddendum debitum absq; vitæ periculo, esse incapax matrimonij. Et idèd. c. fraternitatis, de frigid. & malef. decernitur mulierè arctam, quæ sine vitæ periculo aptari nequit congressui virili, esse ineptam matrimonio: atq; eam impotentiam ceteri per-

petuam. At femina non potens absq; vitæ periculo parere, nequit absq; reddere debitum, & cognosci à viro. Reddens enim exponitur periculo conceptionis, & partus. Secundo, quia cùm adus coniugalis fit propter prolem, si mulier fit proli habendè inepta absq; vitæ periculo, erit matrimonij incapax: perinde ac si copula aptari non posset absq; vitæ discrimine. Tertio, quia non potest vt actu coniugali, siue petendo, siue reddendo, ob vitæ periculum. Ergo ad id obligari nequit: in quo essentia matrimonij consistit. Et idèd huius sententia fuit doctissimus Victorius in suis prælectionibus, vt eū refert, ac sequitur Petrus de Ledesma de matrim. q. 58. art. 1. in fine. Martinus à Ledesma. 2. p. 4. q. 60. ar. 1. col. 5. vers. sed circa hæc est dubium. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 48. conclus. 2. Manuel. 1. tom. summae. 2. editio. c. 235. conclus. 6. nu. 6. Vega. 2. tomo summae. c. 34. casu. 109. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 38. conclus. 8. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, glof. 1. nu. 197. & dicit probabile referens aliquos neotericos Henriquez lib. 12. de matric. c. 7. n. 8. in commento, littera. R. limitant; Petrus de Ledesma, Manuel. Vega ibidè, nisi alias constaret de illius feminae sterilitate. Cùm enim tunc cessaret periculum, valeret matrimonium.

28 Sed quamuis hæc sententia sit satis probabilis, mihi probabilis est, matrimonium illius feminae fore validum. Dico, quòd matrimonij contractus essentialiter consistat in mutua obligatione ad copulam perfectam suapte natura aptam ad prolis generationem: nec refert, si accidentaliter nequeat sequi proles, vt in sterilibus cõstat. At hic reperitur obligatio, & traditio potestatis corporum ad copulam perfectam. Erit ergo matrimonium. Et confirmatur, quia etio id matrimonium absq; culpa iniri non posset, minimè inde colligitur id fore irritum. Quia satis est copulam suapte natura licitam esse: quanuis ex aliquo accidenti reddatur illicita, vt contingit in ijs, qui voto castitatis obstricti sunt. Secundo, quia illa periculosa partus circumstantia non est perpetua. Senectus enim tempore, quòd iam mulier sterilis erit, cessabit. At impotentia, quæ non est perpetua, sed temporalis minimè dirimit matrimonium, vt probau. n. 2. Tandem quia impotentia pariendi absq; vitæ periculo, tanquàm quid posterius ipsa matrimonij essentia, illud

vitiare

vitare nequit. Et idem huius sententiæ videtur Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 16. q. 11. vbi ait quædam defectum patitur mulier, dummodo possit debitum reddere, non dirimi matrimonium. Et tenent Henriquez lib. 12. de matrim. c. 7. num. 8. sine Emmanuel Summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, in impedimento impotentia, nu. 14. vers. quæ sine periculo. Et in hac sententiam magis inclinat Ludovicus Lopez. 2. p. in stru. c. 10. vbi de matrim. c. 52. col. 5. vers. præterea ambiguitatem.

29 Similiter valeret matrimonium, si mulier potens sit ad reddendum debitum, & si taliter affecta esset, ut certum esset fore, ut filios omnes mortuos pareret. Constat ex rationibus adductis, num. præcedenti. Et ita docent Hostiensis summa, tit. de frigid. & masculic. §. quæ impotentia, numer. 6. Albericus in suo dictionario, littera. I. verb. impedimentum, impedimento. 15. Ioannes de Triburgo, num. præcedenti allegatus. Brunellus de Sponsal. conclus. 28. imitatione. 3. num. 18. fin. Henricus cap. fraternitatis, nu. 5. de frigid. & masculic. Attenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 27. art.

DISPUTAT. NONAGESIMA TERTIA.

An impotentia naturalis perpetua, non absoluta erga omnes, sed respectiva erga mulierem aliquatulum arctam, aut virginem, dirimat respectu illius matrimonium, & quando censetur perpetua?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones discutiuntur, nu. 1.

An detur aliqua impotentia naturalis respectiva, dirimens matrimonium respectu solius certæ personæ? Refertur opinio, numero. 2.

Si quis sit impotens tantum respectu alicuius, non valebit cum illa matrimonium, secus cum alijs, nu. 3.

An valeat matrimonium, quando vir nequit obire ubi magnitudinem, aut grossitiam cognoscere feminam? nu. 4.

Detur impotentia naturalis respectu vnius viri, aut matrimonium, et non respectu aliorum, nu. 5.

Satis sit argumentis, nu. 6.
p. 1. nu. 6. inuenies alia summaria.

vnico. q. 1. Franciscus Marcus decisione Delphinali. 677. n. 16.

Ad argumenta. n. 27. proposita respondeatur. Ad primū dic id periculū esse tēporale, vt. n. 28. explicui. Adde esse remorū, non enim sequitur ex ipso actu coniugali, in cuius obligatione essentia matrimonij consistit: nec id periculū subeundū est, vt actus coniugalis sit possibilis, in quo casu decidit textus eo. c. fraternitatis: esse impotentia perpetua dirimentē matrimonium: sed sequitur id periculū ex partu, qui incertus est, ac posterior quā matrimonij essentia. Ad secundū negada est cōsequētia. Quāuis enim matrimonij sit propter prole, at de essentia eius nō est obligatio ad prole, sed ad actū coniugalem, vnde quādiū hic possibilis est, nullo vitæ periculo præmissio, vt coniuges apti reddatur ad illum, valet matrimonium. Ad tertū dic, esto illicitus esset tunc actus coniugalis (de quo dicemus disp. 102. n. 10. & 11.) nō inde sequi matrimonij fore irritū. Quia vt matrimonium valeat, satis est actum coniugalem esse esse licitū, quāuis ex aliquo accidenti illicitus reddatur. Adde temporarij fore illicitum, nempe, tempore iuuentutis, in quo subest concipiendi spes.

Disputatio præsens triplici quæstione absolueda est. Prima est, an detur impotentia naturalis respectiva dirimens. Secunda, quando censetur perpetua, siue cōsurgat ex parte viri, siue ex parte arctitudinis, aut virginitatis femine? Tertia, quando femina teneatur medicamina, aut incisionē pati, vt apta reddatur congressui virili?

Quæstio prima. An detur aliqua impotentia naturalis respectiva, ac perpetua, dirimens matrimonium respectu vnius tantum, aut alterius femine? Quidam negant, dicuntur primū, ex. c. 2. 33. q. 1. ibi. Nam si huic non poterit concordare naturaliter, quomodo alteri conueniet? Secundū, quia. c. fraternitatis, de frigid. & masculic. definitur matrimonio dissoluto eō quod vir nō possit

vas femina penetrare, si postmodum ea alteri nubat, & ab eo cognoscatur, in statuendum esse prius matrimonium. Ac Belesia insufficienter iudicaret, si esset aliqua impotentia respectiva dirimens matrimonium. Possit enim fieri, vt prior vir sit impotens respectu illius femine, ad quam cognoscendam posterior vir potes fuit. Tertio, quia. c. laudabilem, eodem tit. decernitur, virum separatum a muliere, quod triennio cohabitationis transacto iurari se non potuisse cum ea consummare, cogendum esse ad eam redire, & tamquam peritij reum puniendum, si femina aliam cognoscatur. At erronea esset decisio, si esset possibilis impotentia respectiva dirimens. Non enim ex sequenti copula cōclusa concluditur prius matrimonium fuisse validum, neque illum reum esse peritij. Cum possit allegare se fuisse impotentem respectu illius. Tandem, quia cōfetur impotentia temporalis, nec dirimens matrimonium, quando per artem absque vitæ periculo potest illi subueniri. c. fraternitatis, de frigid. & masculic. At huiusmodi est hæc impotentia: quando quispiam inuenitur, potens ad corruptam, non autem ad virginem. Idem huius sententiæ videntur aperte D. Tho. 4. d. 34. q. vnica, ar. 2. ad 5. & ibi D. Bonau. ar. 2. q. 2. ad vltimū. Attenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 29. ar. vnico. q. 1. Turrecrem. 33. q. 2. in summa. ar. 1. num. 9. Syluest. verb. matrimonium. 6. q. 1. vers. quælibet perpetua. Ledesma. 2. p. 4. q. 60. artic. 1. columna. 6. vers. circa illud autem. Vigerius libro institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 1. vbi aiūt nō posse esse perpetuum impedimentum naturale in viro respectu vnius personæ, quin sit respectu omnium. At impedimentum, quod non est perpetuum, non dirimit. Et in proprijs terminis eam docent Innoc. d. c. fraternitatis nu. 1. & ibi Alexander de Neuo. §. quāuis. n. 17. Tabiena verb. impedimentum, impedimento. 12. q. 5. n. 6. Armilla verb. matrimonium. n. 50. Sotus. 4. d. 34. q. vnica, ar. 2. columna. 6. vers. sed ais. Petrus de Ledesma de matrim. q. 58. artic. 1. dubio 5. quod mouet circa solutionem ad 5. dubij principalis. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 48. sine. Hieronymus Llamas 3. p. methodi curacionis. c. 8. §. 13.

Hæc in re dubitari nequit, quin si re vera detur impedimentum naturale perpetuum respectu vnius, & non respectu alterius

femine, vnde cunquē id cōsurgat, dirimat matrimonium respectu illius femine solius, erga quam est impotentia. Cōf. ar. quia. c. finali. 33. q. 1. conceditur impotentem ob masculicium, vt dissoluto priori matrimonio ad aliud trāseat: atque prout de prius matrimonium ob impotentiam illam respectiuam accidentalem irritum fuit. Si ergo impotentia non naturalis, sed ex accidenti extrinseco masculicij cōsurgens dirimit matrimonium, respectu illius personæ, ad quam est fortiori dirimet impotentia naturalis respectiva, si ea daretur. Secundū id probat. c. fraternitatis, de frigid. & masculic. vt id ponderabo. n. 5. Tertio, quia sic se habet absolutum, & totale impedimentum respectu matrimonij absoluti, sicut respectiuum, & particulare, respectu particularis. Sicut ergo illud dirimit omnem matrimonij cōtractū, ita hoc dirimit peculiarem. Quarto, quia matrimonium respicit diuiduam personam, & cum illa debet iniri. Si ergo respectu illius inueniretur impotentia vndeque cōsurgens, cui nullatenus ope aliqua medicina subueniri posset, respectu illius dirimeret matrimonium, non autem respectu aliarum, si cum alijs non esset ea impotentia. Quia respectu illius priuata personæ non posset esse obligatio ad copulam, vt potest quæ respectu illius est impossibilis: at potest esse obligatio cum alijs, cum quibus est possibilis. Atque ita fatentur Martinus de Ledesma, & Vigerius pro cōtraria sententia num. præcedenti allegati. Ac disputatione præcedenti nu. 13. retuli ex sententia D. Thomæ, & aliorum, abominationem mulieris dirimere matrimonium, quando respectu illius impedit perpetuū cōstitutū: quāuis ea impotentia sit respectiva.

Hinc deducitur, quando propter membrum virilis excessum femina nō potest cognosci, nec arte aliqua huic impedimento succurri potest, esse irritum matrimonium cum illa: quāuis non sit tale cum alijs, erga quas excessus ille membri copulā non impedit. Constat ex dictis num. præcedenti. Atque ita docent Ricardus. 4. d. 34. ar. 2. q. 2. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 15. n. 5. & ibi Supplementū Pisanæ impedit. 15. n. 5. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 16. dicto. 3. Brunellus de sponsalibus, conclus. 28. n. 2. Gaeta. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 224. n. 527. Mariengo lib. 3. Re copulat. tit. 1. rubrica, gloss. 1. n. 197. Quare minus benè aliqui Pontificem in hoc uentum